IN FERRETI VICENTINI
POEMA
DE ORIGINE GENTIS SCALIGERAE
PRAEFATIO
LUDOVICI ANTONII
MURATORII.

Quis Ferretus fuerit, qua aetate vixerit, quaeve tum soluta oratione, tum metro scripta reliquerit, jam supra diximus in Praefatione ad Historias. Ibi vero Patrarum veterem Vicentinarum rerum Scriptorem tetigimus, ab eodem Ferreto literis consignatas, quae tunc Comiti Grandi de la Scala Heroico Carmine scribebat. Proinde mihi occasio deliberandi vehemens Carminis hujus, tum ut reliquis Ferreti laboribus adderem, tum etiam ut Scaligerorum Principum celebratissimum genus & ortus, & aliqua ex parte pollicitationi meae exitus felix respondit; quippe me voti compotem fecit celeberrimum Veronensis Urbis nobile hoc templum Sacris Operibus olim tuens, ac inter primos qui Literarum dignitatem in Italia erudiris Operibus tuerit, ac inter primos augere pergit, dignus qui ad Taurinensem Aulam adsciscerentur a Victorio Amedeo Rege, honoris ac fruditorum causa. Is ergo adnuerato Msto Codice in Veronensi Bibliotheca, quam ornatissimus & egregius Vir Jacobus Saibantius a multis annis generola animi contentione illic instruit, Ferreti Carmen descriptum ad me deferendum curavit. Equidem operaem ad hanc evadia Codicem castigatiorem; facile enim deliraet, ac delinquunt indocti Amanuenses, sed potissimum ubi Poetarum abstrusiam eloquutionem describendam sumunt. Attamen non adeo haec deprivata lentes, ut facilium Lectoribus ingerere pollint.

Ferreti filius Lucanum, Statium, & Claudianum revolet. Ampullose apud illum phrases, ac verba non pauca; numerus in versibus ad illorum Mufcam varietate carentem composiura. Ignoscendum autem homini, qui Seculo rudi & nondum excusto, Poetam Latinum egit, & elegantia, & perspicuitate interdum caret, & Grammaticorum eruditionem interfert, & inanibus pueritis Lectorem detinet. Magnum fuit eo tempore talis etiam versus condidile. Quoto autem Anno haec scripsit Ferretus, aliquis percontetur. Non excedunt eius versus occupatam a Cane Grandi Vicentinam Urbem, atque adeo Annum 1311. Reliqua Principis hujus gesta Poetis aliis Ferretus canenda reliquit, fabdens:

Tot reliquat & tanta nobis dicenda relictu,
Magne, tibi, quae poli babitor tua facta triumpbet
Clara ferant, ut vir &c.

Quae indicant cetera, poli annos multos a Cane Grandi peracta. Immo eius inritatum deferibens, praedicit eidem Patavii, & conterminorum locorum, Tarvisinique acquisitionem.

Et Patavus, Veneto comes tibi fervet ora &c.

Contigere haec Anno 1328. Et quidem Lib. III. aperte Ferretus prodit, tunc Patavum Cani Grandi parutle, quum scribat

Imperium qui maximus Orbem

Nunc quatit, & Phrygii retinet Antenoris Urbem.

Conflat autem, vix a dedizione Tarvisii Canem mortem subitam subiisse, hoc est Anno 1329. ac properera aut Anno 1328. aut proxime sequenti, vivente proinde egregio Principe illo, Ferretus haec cecinit, qui revera infelicior vatem egit in praedicenda diuturniori vita Heroi suo. Verum non bene adsequor, quei Poeta in Carminis calce ediat, Se non ultra canere velle, eo quod sibi Fatum, & inmor mors sefa fecit. Anno 1328. is annum fatum aetatis suae tricesimum attigerat. Poetae tot annos raro videant alii an bene sedeat excusatio juvenilis aetatis.